Kiersnowo — Quietatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Brans[ce]n. personaliter Comparentes Nobilis Joannes olim Valentini Zawadskij et Nobilis Anna Zawadska consors eiusdem Joannis Zawadskij ipsa quidem Anna cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis assa et authoritate sani mente et corpore existen. palam publice ac libere recognouerunt. Quia sibi Nobiles Dmier olim Laurentij Kiersnowskij et Nobilis Cristina Kiersnowska consors eiusd. de obligatione Terris immobillis in bonis Kiersnowo sita sibi recognoscen. per eosdem in Quadraginta Sexagenar. Polon. Coram actis autenticis inscripta ad Rationem eiusdem summae viginti Tres sexagenas Polon. persoluerunt et eos ipsos acceptis viginti Tribus Sexagenis quietat et de domo ac area, Tribusq. Sulcis in Campo cum seminatura hyemali exnunc condescendit. respectu vero residuitatis summae et bonorum saluam inscriptionem sibi reseruant.

Zochowskiey — Reformatio:

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. ptr Comparens Nobilis Christophorus filius Nobilis Alberti Skłodo de Krasowo et Skłodij fidis Sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Cristinae filiae Nobilis Mathiae Tyszka Zochowskij Coniugi Suae legitimae. Ratione verae dotis post eam acceptae et in Bona sua importatis in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobillium et immobillium in haereditate Skłodij et Krasowo consisten. paternorum maternorum haereditariorum obligatoriorum et aliquouis modo ac iure titulo concernentium nunc habitorum et in post fauente diuina clementia habendorum et acquirendorum Summam Octuaginta Sexagen. Polon. dotis, et aliam summam decem floren. polon. addotalicij, inscribit, reformat dotalicat addotalicatq. more aliorum dotaliciorum et Reformationum hoc in regno Poloniae obseruari solitorum. Personali sua recognitione ingrossanda mediante. Quam quidem inscriptionem ibidem personaliter stans Nobilis Albertus Skłodo super eam consentiendo approbauit ratamq. et grata habere declarauit.

Kostry litwa noski. Demissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Nobilis Mathias ol. Joannis Tyszka Zochowskij sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Christophero Skłodo genero suo et eius Succ[essoribu]s obligationem primam Terrae immobilis in bonis Kostrij litwa sit. sibi recognit. per Nobilem Mathiam olim Leonardi Kostro in Quinquaginta floren. polon. coram actis autenticis inscript. et aliam obligationem in bonis Kostrij Noski sit. sibi etiam recognoscen. per Nobilem Jacobum olim Pauli Kostro coram actis Certis autenticis inscriptam in decem sexagen. polon. Cum omnimoda potestare earundem inscriptionum parati intuitus, tuitione euictione, ligamentis in originalibus inscriptionibus contentis demittit et de bonis condescendit. Omneq. et integrum ius suum sibi ad praemissa Seruiens in personam eius plenarie transfert et transfundit. Inscriptionem illo exnunc officie acceptans dat et admittit.

Zochi Kostry — Abrenuntiatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Nobilis Cristina filia ol. Mathiae Tyszka Zochowskij Consors Nobilis Christopheri Skłodo

Cum eiusdem